



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

VIII. Confirmatio Decretorum S. R. E.Cardinalis Barberini, in favorem  
Pictorum, & aliorum Academiæ Sancti Lucæ legitimè aggregatorum  
emanata, pro exactione taxæ, ejusdemque pro annatis decursis, & ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

ANNO  
1670.

CLEMENS DECIMUS.

07

Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tam Sæcularium, quam Regularium locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque indultis, & privilegiis etiam in corpore Juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, Conservatorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clauulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expresso habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda forent tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis quoad ea, qua eisdem praesentibus adversantur, illis alias in suo robore permanfuis harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Constitu-  
nem juvet  
publicari.

§. 10. Ceterum quia difficile foret praesentes literas ad singula quæque loca deferri, ut ex tamen omnibus innotescant mandamus illas ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, atque Cancelleria Apostolica & in Aice Campi Flora affigi, & publicari.

Transump-  
tis fidem ad-  
hiberi jubet.

§. 11. Volentes quod earumdem praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Praelati, seu personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis in iudicio, & extra illud, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibetur, quæ ipsi originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Sanctio po-  
nalis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Decreti, Declarationis, Derogationis, Mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attenare præsumperit indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat.P. An. I.  
die 21. Junii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1670. Undecimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno primo.

Publicatio  
in Urbe.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo, Indictione octava, die vero secunda mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clemens Divina providentia Papa Decimi, Anno ejus Primo. Praesens Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancelleria Apostolica, & in aice Campi Flora, locis solitis, & consuetis Urbis, per me Hilarium Centellum Sanctiss. D. N. Papa Curs.

Petrus Marcheratus Mag. Curs.

ANNO  
1670.

VIII.

Confirmatio Decretorum S. R. E. Cardinalis Barberini, in favorem Pictorum, & aliorum Academie Sancti Lucae legitimè aggregatorum emanata, pro exactione taxæ, ejusdemque pro annatis decursis, & non solutiæ reductione.

CLEMENS PAPA X.

Edita An. D.  
1670.

Ad futuram rei memoriam.

Procedum.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales Ecclesiæ, & Academie Sancti Lucae Pictorum, Sculptorum, & Architectorum de Urbe, quod Venerabilis frater noster Franciscus Episcopus Ostien. S. R. E. Cardinalis Barberinus nuncupatus, Sacri Venerabilium fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Collegii Decanu, cui fel. record. Clemens Papa IX. Prædecessor noster in signatura suæ Gratiae commiserat, ut super exactione taxæ juxta ordinationem rec. mem. Urbani Papa VIII. Prædecessoris pariter nostri à publicis venditoribus picturarum, & sculpturarum in Urbe prædicta solvenda arbitrio suo provideret, nonnulla decreta edidit tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Fidem facio per praesentes ego Notarius publicus infrascripitus qualiter die 7. Octobri 1669. coram Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Francisco Barberino Justice Commissario pro Venerabili Ecclesia, Confraternitate, & Academia S. Lucae Urbis DD. Pictorum, Sculptorum, & Architectorum principalibus contra infrascriptos exadverso principales videlicet DD. Josephum Constantinum, Joannem Petrum Berretam, Laurentium Castruccium, Joannem de la Riviera, Aloysium Pileport, Peregrinum Perium, Joannem Andreum Magnesium, Carolum Pratam, Vincentium Felicium, Georgium Perainum, Paulum Pinecesnam, Andream Scottum, & Franciscum Perfichellum, hos duos exadverso principales, ac Procuratores Deputatos Universitatis Regatteriorum Urbis exadverso principalium, Nicolaum Patronum, & D. Nicolauum Gallum Procuratorem prædictorum Josephi Constantini, Joannis Petri Berretta, & omnium aliorum litis consortium exadverso principalium; Segnius Sanctiss. D. N. Papæ Cursor retulit in scriptis fe die 5. Iunii personaliter supradictos D. Nicolaum Gallum, Andream Scottum, Franciscum Perfichellum, Nicolaum Patronum, Aloysium Pileport, Joannem Petrum Berretam, Josephum Constantinum, & Laurentium Castruccium, ac domi dimissa copia alios citasse ad comparendum coram Eminentissimo Domino die prima Juridica hora solitæ audiendæ & audientium ejus voluntatem, & loco voluntatis videndum per eundem Eminentissimum Dominum capi quacumque provisionem, seu quodcumque decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad primam diem instantibus eisdem principalibus five &c. Relatione facta comparuit D. Franciscus Chiriacus Procurator, & petiit, ut supra omni &c.

Decretum  
Card.

§. 2. Ex tunc Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus plures partibus auditis utendo facultatibus sibi à Sanctissimo Domino Nostro in commissione de qua in actis concessis Taxam annuorum scutorum decem in Brevi sa. me. Urbani VIII. contentam quod Coronarios pro annatis decursis, & non solutiæ reduxit, & reducit ad annua scuta tria moneta pro quolibet, qui picturas vendiderit, & pro qualibet apotheca; & in futurum mandavit, & mandat solvi per eosdem Coronarios, qui picturas vendunt collectivè annua scuta viginti quinque moneta inter eos dividenda, & ratam semestrialm solven. cum hoc tamen quod teneantur, & obligati sint constituerre collectorem, qui onus exigendi prædicta scuta

Taxæ pro an-  
natis decur-  
sis & non so-  
lutiæ reduc-  
tio.

viginti quinque in se suscipiat, illaque seu ratam scutorum duodecim cum dimidio Ecclesie, & Academie praedictae solvendi; & quatenus hujusmodi collectorem constitvere, vel creare noluerint, seu neglexerint, vel idem Collector non solverit, tunc & eo casu teneantur, & obligati sibi in solidum pro dicta solutione annuorum scutorum viginti quinque, vel teneantur solvere pro dicta taxa scuta tria qualibet anno, & pro qualibet apotheca arbitrio Academie praedictae, hac tamen lege, quod dicti Coronarii retineant, & vendant solummodo picturas adaptatas ornamenti per ipsos fieri solitis, & non alterius quantitatis, seu magnitudinis.

*Reductio  
pro Regate-  
riis, eorum  
que in casu  
transgredio-  
nis poena.*

*S. 3.* Quo verò ad Propalas, qui picturas, seu sculpturas cuiusvis generis retinuerint, & venderint, pro annatis decursis, & non solutis, eandem taxam annuorum scutorum decem reduxit, & reducit ad annua scuta tria pro qualibet, & qualibet apotheca, & in futurum pro eadem taxa mandavit solvi per universitatem Regatteriorum, ac respectivè per Camerarium, & Officiales pro tempore annua scuta quinquaginta, & sic scuta viginti quinque pro qualibet semestri inter eos dividuntur. & exigent à qualibet Regatterio picturas, seu sculpturas vendente, dummodo tamē dicti Propalæ, seu Regatterii, vel qualibet illorum non retinuerint, nec venderint, ac in futurum non retineant, nec vendant picturas, seu sculpturas novas illasque ad effectum vendendi emant, vel fieri current. Etsi dicti Coronarii, & Regatterii, vel qualibet eorum circa venditionem picturarum, seu sculpturarum non se contineant, & in futurum non se contineant modo, & forma premisis, eo casu voluit, & mandavit, ac vult, & mandat per quemlibet transgressorem (salvis taxis collective, ut supra stabilitis) scuta sex qualibet anno, & pro qualibet apotheca.

*Reductio  
pro lapicidis  
calceolaris,  
fluccatorib.  
&c.*

*S. 4.* Quo verò ad alios nempè lapicidas, calceolarios, colorum venditores, barbitonfiores, fuitores, fluccatores onus depingi faciendi in se suscipientes, miniatores, & alios cuiuscumque artis, seu professionis, ac alterius cuiuscumque conditionis, & qualitatis apothecas picturarum, seu sculpturarum cuiusvis generis retinentes, vel illas quovis alio modo venales exponentes, seu etiam privatim vendentes eamdem taxam annuorum scutorum decem in praedicto Brevi san. mem. Urbani III. contentam, tam pro annatis decursis, & non solutis, quam in futurum decurrit, reduxit, & reducit ad annua scuta sex pro qualibet apotheca. Ad quam summam annuorum scutorum sex Moneta ad formam consensus Congregationis Generalis teneri voluit, & declaravit, ac vult, & declarat etiam ipsos Academicos in nobili Academia praedicta descriptos, ac quoscumque alios ejusdem S. Lucae Archiconfraternitati quomodolibet aggregatos, qui apothecas picturarum, vel sculpturarum retinuerint, vel dictas picturas, seu sculpturas venales expulerint, ac in futurum retineant, vel illas quovis modo venales publicè exponant, & ita &c. non solum &c. sed & omni &c. Franciscus Cardinalis Barberinus Protector.

*S. 5.* Item qualiter die 4. Decembris 1629. coram eodem Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinali Franciso Barberino pro Venerabili Ecclesia, & Academie S. Lucae DD. Pictorum, Sculptorum, & Architectorum Urbis principalibus contra infraecriptos ex adverso principales videlicet DD. Laurentium Castruccium, Joannem de la Riviera, Vincentium Felicium, Georgium Peranum, Joannem Petrum Berrettam, Peregrinum Perium, Joannem Andream Magnesium, Carolum Pratam, Paulum Plincefnum, Aloysium Pileport, Nicolaum Patronum, D. Nicolaum Galium Procuratorem dicti Joannis Petri Berretta, & aliorum litis consortium ex adverso principalium

Segnus Sanctiss. D. N. Papæ Cursor retulit in scriptis se die 3. hujus do. dim. copia eisdem citatis ad comparen. coram Eminentissimo Domino die Martis loco solita Audientia, & deducen. quicquid volunt, & possunt, & informan. nec non vident. per Eminentissimum Dominum fieri quodcumque decretum necessarium, & opportunum instan. eisdem principalibus sive &c. Relatione facta comparuit D. Franciscus Chiriacus Procurator supradictarum Ecclesie, & Academie Sancti Lucae, & petit, ut supra omni, &c. ex tunc Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus taxam annuorum scutorum decem in Brevi san. mem. Urbani VIII. demandata, & in Decreto per Eminentem suam facta sub die 7. Octobris proximi præteriti in vim commissionis Sanctissimi ex plena Signaturâ gratia sibi directa redactam ad annua scuta sex tam pro annatis decursis, quam in futurum decurren. quoad pictores, seu alios legitimè Academie S. Lucae aggregatos, qui apothecas sculpturarum, seu picturarum retinuerunt, & retinent pro annatis decursis, & non solutis, tantummodo reduxit, & reducit ad julios quatuor cum dimidio pro qualibet, & qualibet Apotheca, & concessit facultatem Congregationis Secretæ ejusdem Academie cum aliis omnibus circa annatas decursas, & non solutas concordandi, seu R. P. D. Carpino, prout ei videbitur, circa dictas annatas decursas, & non solutas providendi, in reliquis, & quoad alios in omnibus, & per omnia confirmavit, & confirmat supradictum decretum, & taxam ut supra moderatam in futurum mandavit solvi de semestri in semestre. Et quoad Regatterios, quatenus eorum Universitas recusat solvere pro dicta taxa annua scuta quinquaginta collectivè mandavit, & mandat per eorum quemlibet, & pro qualibet apotheca solvi annua scuta tria de semestri in semestre, quatenus non vendant picturas novas, nec se diversimodè contineant, quam in praedicto decreto fui provisum, & ita &c. non solum &c. sed omni &c. & alias prout latius in supradicto decreto per dictum Eminentiss. D. Cardinalem subscripto in folio, quod mihi Notario signavit tenoris &c. & alias prout latius in actis meis &c. ad quæ &c. In quorū fidem &c. Datum hac die 19. Dec. 1669. Ita est Joseph Morus Curia Capitolii Not.

*S. 6.* Cum autem sicut eadem expositiō subjungetur, dicti exponentes decreta hujusmodi; quo firmius subsistant, & serventur exactius Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent; Nos speciale ipis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicatio, suspensionis, & interdicti, aliquis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum praestantium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati; Decreta præinserta à memorato Francisco Cardinale facta, ut præfertur Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris; & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplementum.

*S. 7.* Decernentes easdem præsentes literas, ac decreta præinserta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in premisis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quo-

ANNO  
1670.

*Forum re-  
ductio.*

Pontificis  
prædicta De-  
creta appro-  
bat & co-  
firmata.

*Decretum  
irritans.*

quo-

ANNO  
1670.

CLEMENS DECIMUS.

309 ANNO  
1670.

Contrariis  
derogat.

D. P. An. 1.  
die 3. Julii.

IX.

Indultum  
Clem. IX.

Illius am-  
pliatio.

Extensio  
concessioneis  
de qua in  
rub.

Contrario-  
rum deroga-  
tio.

quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulcis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenoribus, pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuri, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat speculator, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Julii 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Extensio Concessionis Officii, & Missæ B. Rosæ de Sancta Maria tertii Ordinis Sancti Dominici pro universo Clero Regnorum Poloniae, Ducatu Lituanie &c.

Beatarum Albo adscriptis Rosam, eique Officium, & Missam decrevit Clemens IX. Conf. 13.

§. 1. **A** lias fel. record. Clemens Papa IX. sub data 14. Septembris 1668. concessit Universo Americae, & Indiarum Clero tum Sæculari, tum Regulari utriusque sexus cujuscumque Provinciae, seu districtus, quod perpetuis futuris temporibus, die 26. Augusti, quotannis sub Ritu duplice recitur Officium, & Missa celebratur de Beata Rosa à S. Maria Limensi Virgine Tertiæ Regula S. Dominicæ juxta rubricas Breviarii, & respectivæ Missalis Romani.

§. 2. Anno deinde sequenti 1669. die 30. Octobris idem Pontifex hoc suum Indultum benignè extendit in perpetuum ad universum Sæculari pariter, ac Regulari Clerum Hispaniarum. Denique post acceptam notitiam, quod præmemorata Virgo Rosa jam omnium ubique populorum solemní plausu devotissimè honorata utrumque tam veterem, quam novum Orbem in dies odoris sui fragrantia magis, magisque implebat, idem Sanctissimus hoc ipsum Indultum clementer ampliò, die 9. Novembris ejusdem Anni 1669. Universo Sæculari, & Regulari Clero utriusque sexus in omnibus Augustissimo Imperatori, Regi Catholico, Domuique Austriacæ subiectis Regionibus, Provinciis, Regnis, atque Dominiis ubivis locorum constituto paternè concessit ut supra, quod nempè singulis annis die 26. Augusti perpetuis futuris temporibus sub praefato Ritu duplice recitur officium, & celebretur Missa de eadem Beata Rosa.

§. 3. Porro Sanctiss. D. N. Clemens Papa X. habita pariter notitia communis illius devotionis, qua totius Regni Poloniae, magni Ducatus Lithuaniae, Ditionum Russie, atque Borussie, aliamque dictæ Coronæ subditarum Regionum Fideles venerationi ejusdem B. Rosæ afficiuntur, instantiis Eminentiiss. D. Card. Ursini exoratus illud ipsum Prædecessoris sui Indultum benignissime extendit ad universum pariter utriusque sexus, tam Sæculari, quam Regulari Clerum Polonie, Lithuaniae, Russie, Borussie, ceterorumque Dominiorum ad Poloniæ Coronam pertinentium; concedens eidem universaliter, & in perpetuum, quod quotannis die 26. Augusti sub ritu duplice peragat Officium, & Missam de B. Rosa à S. Maria juxta rubricas Missalis, & Breviarii Romani. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. Hac die 26. Julii 1670.

M. Episc. Portuensis Card. Ginettus.

Loco + sigilli.

Bernardinus Casalius S. Rit. Congr. Secr.

Alia extensio concessionis ejusdem Officii &c. pro Regnis, & Dominiis Serenissimo Regi Catholico subiectis, necnon Aug. Imper. & Domui Austriacæ.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris ad augendam in terris venerationem Sacrarum Virginum, quas cœlestis sponsus virtutum omnium splendore fulgentes ad æternæ beatitudinis nuptias evexit, recte atque ordine facta esse noscuntur, ea nos Pastoralis charitatis studio libenter ampliamus, sicut pia orthodoxorum Regum vota flagitant, & nos re mature perpensa Dei gloria, ipsarumque Sacrarum Virginum honori, & spirituali fidelium ædificationi conducibile fore in Domino arbitramur. Alias siquidem emanarunt à felic. rec. Clemente Papa IX. Prædecessore nostro literæ in simili forma Brevis tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 1. Clemens Papa IX. Ad perpetuam rei memoriam. Redemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui sacras Virgines, Sponas suas, floribus, multipliciter virtutum decoratas, immarcessibilis Gloria præmis donat in Cœlis, vices (licet immorti) gerentes in terris, pia fidelium, præserit Catholicorum Regum vota, ad augendam illarum venerationem, laudabili studio tendentia, libenter exaudimus, ac favoribus, & gratis prosequimur opportunis. Alias siquidem diligentissimè discussis, atque perpensis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum processibus de Sedis Apostolicæ licentia concessis super vita sanctitate, & virtutibus in gradu heroico, quibus Serva Dei Rosa de S. Maria Virgo Limana Tertiæ Ordinis S. Dominicæ multipliciter clariusse, necnon miraculis, quæ ad ejus intercessionem à Deo patrata fuisse assertabant, cum Congregatio prædicta coram nobis constituta unanimiter censuisset quandocumque nobis videretur ad solemnum ejusdem Servæ Dei Rose Canonizationem, juxta Ritum ejusdem S. R. E. tuto posse deveniri, interim verò indulgeri, ut in toto orbe terrarum Beata nuncuparetur, nos piis, atque enixis charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, ac charissima in Christo filiæ nostræ Marianna Regina Vidua ejusdem Genitricis, & totius Ordinis S. Dominicæ supplicationibus nobis super hoc humiliter perrexit benigne inclinati, de prædictorum Card. consilio, & unanimi assensu, auctoritate Apostolica indulsum, ut memorata Dei Serva Rosa de S. Maria in posterum Beata nomine nuncupetur, ejusque corpus, & Reliquæ venerationi fidelium (non tamen in Processionibus circumferenda) exponerentur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornarentur; atque de ea sub ritu duplice recitaretur Officium, & Missa celebraretur de Virgine non Martyre singulis annis juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani die 26. Augusti, qua prima est non impedita post diem 24. ejusdem mensis, qua spiritum Creatori reddidit: hæc verò in locis dumtaxat infrascriptis, nempè in Civitate, & Diœcesi Limana, ac in universo Ordine S. Dominicæ tam Fratrum, quam Monialium, & quantum ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus confluentibus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis, die 12. Februarii proximè præteriti expeditis literis, quarum tenore præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserito haberi volumus, überius continetur. Cum autem sic ut prædictorum Caroli Regis, & Marianna Regina nomine per dilectum filium nobilem virum Modernum Marchionem de Astorga ejusdem Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostoliam Oratorem nobis nuper expositum fuit; ipsi Carolus Rex, & Marianna Regna pro peculari

Edita An. D.  
1670.

Exordium.

Tenor Bre-  
vis Clem. IX.